



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen  
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ  
Dicatvm**

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

10. De tempore, quo Nahum vaticinia edidit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

eius prophetiæ ad annos fere 600. erunt protendendæ. Est autem incertum, quoto anno Ioatham incepit, quoto Ezechia propheta defierit: ac proinde non constat, quoto annos prophetæ munus obierit. Bellarminus initio regni Ioatham Michææ vaticinia adferibit. Quod de quibusdam intelligi potest. Quædam etiam ultra annum 6. Ezechia differti non possunt, quibus nimirum Samariæ calamitas denunciatur, cum illo ipso anno 6. Samaria excisa, atque adeo regnum Israel euersum. Anno sexto Ezechia, id est, nono anno Osee, regis Israel capta est Samaria, & translata rex Assyriorum Israel in Assyrios. 4. Reg. 18. vers. 11.

2. Hinc bene notant recentiores huius prophetiæ interpretes, istum Michæam esse diuersum ab illo Michæa, qui Achab regi impio cladem & interitum prædixit. 4. Reg. 22. vers. 17. Interempto enim Achabo, regnavit Ochozias filius eius annos 2. Ioram 12. Iehu 28. Ioachaz 17. Iosias 15. Ieroboam 41. tum e lapsu annorum circiter 12. interuallo regnavit Zacharias 6. menses, Sellum mensium vnum, Manahem annos 10. Phaceia 2. Huic successit Phacee, cuius anno 2. regnare cæpit Ioatham, 4. Reg. 15. vers. 32. Sic annis 140. & eo amplius Michæas filius Ieremia præcessit Ioathamum, sub quo Michæas Morasthites vixit 12. minoribus prophetis in Samariam & Ierusalem detonare cæpit. Itaque diuersi omnino Vates fuerunt communi Michææ nomine appellati, quorum posterior paulo post Oseam, Ioelem, Abdiam, & Ionam vaticinari agere susest, & cum eis idem postea munus usurpauit, vt bene monent Cornelius & Menochius, contra Epiphanium & Dorotheum in vita Michææ, qui scribunt eum sub rege Achab claruisse. Cornelio præiuit Ribera præludio 2. in minores Prophetas numer. 22. vbi obseruat Michæam initio suæ prophetiæ subtraxisse nomen Oziæ: sed tantum nominasse Ioatham, Achaz & Ezechiam, vt indicaret se post Osee, Amos & reliquos, qui ad eorum tempora referuntur ad vaticinandum accessisse. in quo perspicue cernimus, inquit, ordinem temporis fuisse seruatum, vt idem fieri intelligamus in cæteris, qui prophetie sua tempora tacentur.

Hic Michæas est diuersus à Michæa filio Ieremia

## QVÆSTIO X.

## De tempore quo Nahum prophetauit.

1. Certum est Nahum, post Ionam vaticinatum esse: siquidem Niniuitæ ad Ionæ prædicationem penitentiam egerunt, & miseratus est Deus super malitiam quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit. Ionæ 3. v. 10. Sed cum postea in peccata proxima relapsi essent, & immani crudelitate, tum in alios, tum verò maxime in Israelitas sæuissent, post Ionam, imminens ipsis interitus per Nahum denunciatur.

Ionas fuit ante Nahum

Quæst. Chron. P. 3.

h h

2. Sub

P.  
H. Philipp

Chronolo  
g. Testam

A IV  
17<sup>a</sup>

Non pre-  
stavit  
Nahū post  
Ezechielē.

Sed sub  
Ezechia.

Quor an-  
nis Nahū  
sit Iona  
postior.

2. Sub quo autem potissimum rege prophetauerit, non est una sententia. Apud Clementem Alexandrinum lib. 1. Strom. Nahum prophetaem in Ierusalem prophetasse legitur. Verum id passim ab auctoribus negatur. Lib. 9. Antiq. cap. 11. sub Ioatham id factum existimat, Hebræi in Seder Arias, Genebrardus, Vatablus sub Manasse, sed eius utpote regis in partem tacuisse.

3. Alij probabilius Ezechia temporibus hanc prophetiam habuisse. S. Hieronymus, Theophylactus, Remigius, Haymo, Albertus, quos sequuntur Neoterici, Ribera, Bellarminus, Sa, Castrus, Cornelius &c. Tunc ad ann. m. 3521. opinatur Nahum prophetare cepisse anno vno ante fam ab Sennacherib Ierusalem, nempe anno 13. Ezechia, Cornelius ad annum 6. eiusdem. Annum illum quo primum suas prophetias Nahum valde incertum puto: esto plures & melioris notæ auctores, etiam inter se constituant, inter annum sextum Ezechia quo 10. tribus abductæ sunt. Annum quartum, quo Sennacherib Iudæam inuasit: quia inter causas eius dicitur excidenda, assignatur scinitia Assyriorum, qua in 10. tribus bacchati. Hinc S. Hieronymus præf. in Nahum: Post Ionam Michæam tur, & post Michæam Nahum, qui interpretatur consolator. iam enim tribus deductæ fuerant in captiuitatem, sub Ezechia rege Iuda, sub quo in consolationem populi transmigrati aduersus Niniuen visio cernitur. Sed parua consolatio, tam his, qui iam Assyrijs seruebant, quam reliquis, sub Ezechia rege de tribu Iuda & Benjamin ab iisdem hostibus obducentibus vt audirent Assyrios à Chaldæis esse capiendos.

4. Cornelius censet ab initio Ionæ, vsque ad Nahum fluxisse etiam, aut 97. contra Hebræos, qui non nisi 40. numerate volunt: initium autem Ionæ prophetantis componit cum exordio regni Ozia, qui regnavit ante Ioatham 16. Achaz 16. Ezechias ante vaticinia Nahum 6. vel forte 12. quæ prædictus annorum numerus conflatur. Mihi vero Ionas contra Niniue haud videtur prophetauisse ante Amos, cuius prophetiarum exordia ad annum 25. Ozia reuoco: quicquid sit de tempore, quo Ionas de vaticinijs leuon vaticinatus est. Regi Achab non nisi 15. annos Chronologicos impendit, num 6. Ezechia completum arbitror anno ante Christum 722. cui appropinquatum puto. Cum autem nos lateat, quoto anno Ozia Ionas, quoto Ezechia Nahum prophetandi initium dederit, idcirco non ausim horum prophetarum diastema certo annorum numero definire, sicuti, nec a se ferere quot annis Nahum prædixerit Niniues excidium antequam eueniret. Si Nahum captus anno 6. Ezechia, & Niniue anno 5. ab euerfis Ierolymis deleta est: non

Corn  
tion  
num a  
ritæ I  
asares  
ciscen  
nieuen  
5  
scribir  
pular  
ditio c  
de pri  
uentu  
transl  
chia, v  
H  
phetic  
vt quo  
Habac  
bus, q  
luiboc  
2.  
gro,  
cunia  
3.  
tio li  
excid  
futura  
futura  
ram &  
Et ve  
verbi  
genti  
git,

Cornelius isto intervallo supputat annos 133. Annus enim quintus à destructione Ierusalem, oritur mihi anno ante Chr. 586. cui additi 138. conficiunt annum ante Chr. 724. in quem sextum Ezechiaz conijcio: at vero anno illo 5. diruta Ierosolyma Cyaxare iam vita functo regnabat Astyages, ac proinde Cyaxares non evertisset Niniven, nisi inchoatè, quando necem parentis sui vlciscens, copias Assyriorum deleuit, annis vt minimum octo & viginti ante Niniverfionem.

5. Dictis non aduersatur, quod ex S. Hieronymo Glossa ordinaria transcribit, videlicet, Nahum prophetam ante aduentum regis Assyriorum, qui populum Israel captiuum in suam regionem transtulerat fuisse Hebræorum traditio confirmat. Non enim id intelligitur de eodem rege numero; sed tantum de principe eiusdem regni, q. d. Prophetam Nahum oracula fudisse ante aduentum regis Assyriorum Sennacheribi in Iudæam anno 14. Ezechiaz, post translata à Salmanasare 10. tribus rege eorundem Assyriorum anno 6. Ezechiaz, vt scitè monet Ribera prælud. 2. num. 14.

Explicatur Glossa.

QVÆSTIO XI.  
De prophetia Habacuc.

1. Habacuc nullam temporis notam suæ prophetiæ imprimit, sed hæc solum verba præmittit: *Onus quod vidit Habacuc propheta.* Ex ipso vero prophetiæ decursu bene plerique colligunt, hic prædici Chaldæorum euerfionem, vt quomodo prior propheta Nahum, inquit S. Hieronymus in huius prologo, quem Habacuc sequitur vaticinium habuit contra Niniven & Assyrios, qui vastauerunt 10. tribus, quæ vocabantur Israel, ita Habacuc prophetiam habeat aduersus Babylonem & Nabuchodonosor, à quibus Iuda & Ierusalem templumq; subuersa sunt.

Habacuc vaticinium eius est contra Babylonem.

2. Vnde certo colligimus hunc prophetam longe antiquiorem fuisse Aggezo, Zacharia, Malachia, qui post euerfionem Chaldæorum imperium sua vaticinia ediderunt.

Præcessit Aggeum.

3. Benè etiam aduertunt, Ribera, Bellarminus, Cornelius cum Epiphanius lib. de vita & interitu Prophetarum, Habacuc ante Vibis Ierosolymitanæ excidiū prophetasse. Neq; enim solent prophetæ præteritas historias per verba futuri temporis attexere: sed è contrario verbis præteriti temporis denunciare futura, quod hic facit Habacuc cap. i. v. 6. *Ecce ego suscitabo Chaldaeos. gentem agram & velocem ambulantem super latitudinem terra, vt possideat tabernacula non sua.* Et vers. 10. *Et ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt.* Quibus verbis prædicit Chaldæorum potentiam & victorias ab illis de Iuda, alijsque gentibus reportandas. Neque enim Habacuc de vno Babyloniorum casu agit, sed etiam de gentibus, quas ipse Nabuchodonosor in suam potestatem

Stante adhuc Ierosolyma claruit.

hh 2

reda